

de philosopho Sinensi ecstático ex secta nihil agentium
 anno superiori proposuerunt,

IOH. PAVLVS ERIDERICH, Manstadiensis,

IOH. FRIDER. LOSSIVS, Vinariensis,

IOH. LVDOVICVS MVNZEL, Butteltstadiensis,

repetere eundem gestiunt,

post septimum operi eorum locum dare,

vicissitudinis atque innoxiae oblectationis causa
 placuit.

Agite igitur!

PERILLVSTRES ILLVSTRESQVE AVLAE ET SVMMORVM

COLLEGIORVM PROCERES, EPHORE MAGNIFICE,

MAECENATES, ORDO DOCTORVM SACER,

omnesque reliqui

varia munerum dignitate eminentes

VIRI LITTERATI MVSARVMQVE FAVTORES,

si quid apud VOS laetitiae publicae communitas,

si studium iuuenum, gratiam VESTRAM aucupantium,

valet,

cras hora VIII matutina

praesentia VESTRA splendidissima Gymnasium illuminare,

et linguis fauere declamantium,

ne dedignemini.

Te vero,

o Deus immortalis,

vt saluum sospitemque esse iubeas

PATREM PATRIAE CLEMENTISSIMVM

vna cum CONIVGE SERENISSIMA,

vt a regionibus IPSIVS, quidquid nociturum videatur,

incipiti maxime hoc tempore,

propulses,

ac

vt nouum hunc vitae annum

SERENISSIMO PRINCIPI

vere climactericum adscendentem,

omnesque sequentes ei similes facias,

rogo et obtestor.

P.P. VINARIAE DIE VII IVNII MDCCLVII.

Physiol. 20.